



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 16.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

irruens oppugnauerat. Siagrius elisum cernens exercitū, terga vertit, ad Alaricum regem Tolosam cursu veloci perrexit. Chlodoueus legatos ad Alaricum mittēs, vt eum redderet; alioquin nouerit sibi bellum inferri. At ille metuens, vt Gothorum pauere mos est, Siagrium vincum legatis tradidit: quem Chlodoueus custodiae mancipauit, regnoq; eius accepto, gladio truncari praecepit. Chlodoueus eo quod esset fanaticus, Ecclesias deprædari permisit.

Caput 16.
Eadem Greg.
2. c. 27 & Al.
MOH. I. C. 12.

Regitur de Ecclesia Remensis vrbs vrceum magnum hostis abstulerat cum reliquis ministerialibus. Sanctus atq; Apostolicus Remigius Pontifex eiusdem vrbs ad Chlodoueum veniens postulat; si aliud de sacris vasis recipere non mereretur, saltem vel vrceum illum reciperet. Audiens rex dixit, Mitte nuncios vsq; Sueffionas; sibi quæ acquisita sunt, diuidenda erunt: si mihi sors illud dederit, petitionem tuam implebo. Cum præda in medio diuidenda poneretur, ait rex, Rogo vt saltem mihi vas istud extra partem concedatis. Hæc rege dicente, respondent Franci, Glorioso rex, quæ cernimus tua sunt, sed & nos tui sumus: domine quod tibi placet fac. Tunc vnus leuis, inuidus, & facilis, voce magna vrceum impulit, dicens, Nihil hinc accipies, nisi quod tibi sors vera largitur. Rex iniuriam hanc patientia leniuit, forte posita acceptum vrceum Beato Remigio transmisit; seruans abditum sub pectore vulnus. Kal. Martij iussit omnes armatorum phalangas, ostensuros, venire. vbi cunctos circuibat, venit ad vrcei percussorem, dicens ad eum, Incubata est armatura tua; neq; securis est utilis: apprehensa securus eius, terræ deiecit. Et ille cum paululū inchnatus fuisset, rex eleuatis manib⁹ securim in caput eius defixit, Sic inquit, & tu Sueffionis vrceo fecisti. Magnum sibi per hæc causam Franci timorem statuerunt. Fuit